Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527527-p0001-0

LIBER
EX LEGATO
SERENISSIMI PRINCIPIS
LVDOVICI,
DVCIS WVRTENBERGIAE,
FRIDERICIANAE BIBLIOTHECAE
ILLATVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527527-p0002-5

32.

# REMONSTRATIO
Fundamentalis & ſuccincta
# ERRORUM
Quibus tàm Novum quàm Vetus
# CALENDARIUM
graviter laborat.

*Nec non*

# REMEDIORUM
Ex quibus utrumq; convaleſcere, adeoq; & in unum coaleſcere, facilimè poſſit.

*Per quendam*

*Mediorum Illorum Extreme Cupidum*

*Anno 1664. primum in lucem edita, nunc denuo vulgata.*

RATISBONÆ,
Typis Johannis Georgii Hofmanni, 1698.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527527-p0003-1

Quidus Ubaldus Mathematicus, in reformandi Calendarii Conſilio.

*Huic ſummopere invigilandum erit, ut, quamvis Calendarii reſtitutio Aſtronomiæ peritiam poſtulet, ita tamen reſtituatur, ut ejus poſtmodum uſus cuilibet, etiam Aſtronomiæ ignaro, facilimè pateat. Ut Viri Eccleſiaſtici (quorum maxima pars â ſtudio Aſtronomiæ abhorret) non cogantur, hac de cauſâ Aſtronomiæ operam dare, vel ſæpè ſæpius Aſtronomos conſulere, & nequaquam ad amuſſim Aſtronomicis Regulis, cum ſuis minutiis, ut multis viſum eſt: ſed veluti etiam multis jam ante actis ſeculis, Eccleſia, ita porrò, pro ſuâ Aſtronomiâ* Literâ Dominicali & Aureo numero *utatur.*

A. & Ω.

# *Univerſo Chriſtianitatis Orbi*
## Sanctam Concordiam!

NEminem inter omnes Chriſtianos eſſe omnino arbitror, qui tùm ſtyli diſcrepantiâ, tùm dierum ſacratorum diſcordia non moveatur; nec ullum inter Judæos, ne dicam Mahumetanos, qui tantum Chriſtianorum diſſidium non ſugillet, non calumnietur. Nam & Gentes à Chriſtianâ religione alienæ, non ſine maculâ & ignominia quadam noſtrâ id ipſum nobis Chriſtianis objiciunt: *Inquit David Origanus in Præfatione ad Elenchum Calviſij.* Undè ſanè, *ut cum eo pergam*, & nemo erit, qui ſi rem accuratiori lance ſecum penſitet, non animadvertat, Eccleſiæ & Reipublicæ intereſſe; & nihil honeſtius, nihil utilius, nihil denique dignius eſſe, quam ſi in dierum numeratione, & feſtorum ad præſcriptum Eccleſiæ primitivæ celebratione, aliisq; ad politicas obſervationes temporis ſpectantibus, unanimiter omnes conſentiant. *Animadvertit hoc ſanè Imperii Romani corpus ſanctiſſimum, (alia ab extra Regna tacendo) à primâ ſtatim Calendarii Gregoriani introductione, non tantum, ſed maxime, & in nuperrimis (Anno 1654.) comitiis, ubi unanimi complacito concludebatur;* Conformationem in puncto Calendarii per totum Imperium omnino neceſſariam eſſe. *Quin & ſub præſentibus (hujus Anni) tam Gregoriani quàm Juliani hujus unanimi de temporum unione quam proxime inſtituendâ, vota audiuntur. Atq; hæc revera movens cauſa eſt hujus ſcripti, tanquam poſtliminio divulgandi. Quamquam enim ad dimidium centennium usq;, altum de hac materia fuerit ſilentium; intra quinquennium tamen proximum quatuor prodiere in Germaniâ libelli, Votum Germanorum pro redunione temporis ſuccenturiantes; ut Goldmajeri Baſis Novi Calendarii Anno 1654. Ellrodii Calendarium conformatorium & intermedium Anno 1659. & cenſura Calendariorum ocularis Anno 1663. nec non Bachmaijeri Calendarium Combinatorium Anno 1661. Quia verò vel perſona Authorum non omnibus grata, vel affectus ſcriptorum debitò laxior eſſet, de effectu diu & plurimum deſiderato, (Calendariorum ſcilicet comportatione) adhuc ſatis ſatisq; dubitatur. Conſultum ergò Viris, non imæ notæ, omnino videtur, quin ex mandato,* errores utriusq; Calendarii per ſe, & de ſimplici ac plano, *uti dicitur,* candidè aperire, & qua ratione mederi iis poſſimus, dextrè commonſtrare. *Quod dum facio, alienum ab officio boni viri facere haud arbitror.* Publicè enim & cuiusq; intereſſe ducitur, quod in commune expedit, & ad totius Reipublicæ utilitatem pertinet; *ut Calviſius ſentit, in Jur. Lexico. Faxit verô Altiſſimus, concordiæ fons unicus, ut hoc, quicquid ſit, ad nominis ſui gloriam, & Chriſtianitatis univerſæ intimiorem pacem vergat, AMEN!*

# *PARS PRIMA,*
# DE UTRIUSQUE CALENDARII ERRORIBUS.

## CAP. I.

### *De Canonibus Nicæni Concilii Paſchalibus.*

NAmque hi ſunt lydius quaſi lapis, ad quem quodq; Calendarium (temporis ſcilicet Index) collatum, probum ſit nec ne, facile conſtat. Poſtquam enim in primitivâ Chriſti Eccleſiâ circa Paſchale tempus, lites moverentur aliæ atq; aliæ; placuit, præprimis Imperatori Romano, Conſtantino ſcilicet, reverà Magno, nec non Epiſcopis 318. Paſchale feſtum (ex quo Calendarii forma unice dependet) canonibus diu præmeditatis conſtringere, & ad poſteros inviolabiliter obſervandos promulgare: quorum cognitio ſanè neceſſaria omninò eſt, ſi erroris quid huic vel illi Calendario ſit, remonſtrandum eſt.

Sunt verò Canones Nicæni partim *Principales* & ſub excommunicationis pænâ vel hæreſeos ignominiâ obſervandi; partim verò *minus Principales*, abſq; excommunicationis comminatione, ſed tamen, quantum fieri poſſet, notandi. 1. Et *ſub excommunicatione* interdictum fuit: Paſcha celebrare. I. *Die non Dominicali:* Sua enim reſurrectione Salvator, pro Paſchate Chriſtiano ſanctificare voluit diem Solis. (Romanis ita dictum) ſive feriam Judæorum primam, nobis hinc diem Dominicam nuncupatam. 2. *Cum Judæis* (Chriſti interfectoribus (nec ex parte, nec toto; adeoq; non ſub, vel ſtatim poſt plenilunium, ſed Dominica id proximè ſequente. 3. *Die decimâ quartâ*, ante plenilunij Paſchalis momentum; quod quidam, hinc Quartadecimani nuncupati (ex cœnâ Chriſti paſchali) ſtrictè voluerunt, & ob id pro hæreticis, hac in Synodo damnati ſunt. Paſcha enim Chriſtianorum eſſe debebat, non cœnæ, nec paſſionis, ſed reſurrectionis Chriſti, memoria. 4. *In duodecimo menſe*, adhuc ante æquinoctii punctum; quod tempore concilii Nicæni diei 21. Martii, media nox erat. II. *Minus principales* verò, & non niſi in caſu neceſſitatis conniventes Canones erant, & adhuc ſunt 1. *de Paſchate in ſecundo Menſe*, qui impurorum menſis dictus eſt, ſiquidem apud Judæos iis tantum licebat hic paſcha ſuum celebrare, quibus ſub primo menſe ob immunditiem quandam, vel aliâ ex cauſâ ſonticâ non conveniebat. Ut in 2. Chron. 30. c. exemplum habetur. 2. *in & poſt quadrantem lunæ ultimum* & quidem *primi Menſis.* 3. & multò magis Paſcha *in & poſt quadrantem illum ultimum ſecundi Menſis*, habetur pro errore non exiguo. *Conſequenter* verò & Paſcha prohibetur agere tam *poſt* 25. *Aprilis*, quam ante 21. Martii. Illud enim *Paſcha Secundi Menſis*, hoc *duodecimi*; utrumque verò *extra terminos* ſtatos & præfixos arguit. Nec non prohibitum eſt, paſcha *in die termini paſchalis*; ſiquidem ſunt termini, pleniluniorum ut plurimum indices, & Paſcha ibi celebratum Judæis aſſociatur. Quemadmodum hæc omnia ap: Origanum in inſtitut: Ephimerid. pag. 80, 81. habentur.

CAP. II.

# CAP. II.

## *De Erroribus Paſchalibus Calendarii veteris ſive Juliani.*

PRincipalibus & ſub excommunicatione aut Hæreſeos infamiâ prohibitis *erroribus* obno-
xium eſſe hoc Calendarium *omnino nequit;* poſtquam ſcilicet, labente à Concilio Nic.
tempore, tum æquinoctium ex d. 21. Martii verſus 10. de die in diem retrogeſſum eſt: Et Lu-
na â terminis Nicenis ad 4. usque dies anticipavit, ita, ut Aureus numerus Concilii, ubi erat
(verbi gratia) 12. in 5. Aprilis, jam ſit in 1. Aprilis. Qui tamen à Julianis non attenditur, ſed
quintus ille Aprilis, quaſi adhuc ſub tempore concilii viverent, obſervatur, & pro termino
paſchali non ſine palpabili errore retinetur. Quemadmodum & Juliani, æquinoctii jam ad
10. dies factam præceſsionem, non curant; Sed adhuc 21. d. Martii pro æquinoctiali, ſcientes
volentes, reputant: Atque ſic tamen Calendarium hoc ſuum planè immune reddunt, *à Pa-
ſchate in duodecimo Menſe* per 10. integros dies; Et *à Paſchate cum Judæis* per 4. dies itemque
*à Paſchate cum Quartadecimanis;* adeoque ab excommunicatione & hæreſis infamiâ omni-
nó ſecuri, paſcha ſuum ſemper celebrant. Verum quod Canones *minus Principales* 2. attinet;
hic Julianorum Calendarium *quotannis* ferè impingit. Dum celebrat Paſcha vel *in Secundo
Menſe* ut Anno 1658. & 1666. vel *in quadrante Lunæ ultimô, Primi Menſis,* ut Anno 1656.
1680. Vel *poſt quadrantem* (22. d. Lunæ) *primi Menſis,* ut 1667. 1640. *vel in quadrante Lu-
næ ultimo Secundi Menſis,* ut 1660. 1663. *vel deniq; poſt quadrantem Lunæ illum Secundi Menſis.*
ut 1661. 1664. quibus videlicet tam frequens eſt hoc Calendarium, ut intra 220. annos (ab
Anno 1580. ad 1800.) 204. ejusmodi errores committat. Inter quos tamen omnium *gra-
viſſimus* eſt; *Paſcha celebrare in & poſt quadrantem Lunæ ultimum, Secundi Menſis,* præſertim,
quando novum Calendarium Paſcha ſuum rectè agit, in primo menſe (qui ſcilicet â plenilunio
illo, quod æquinoctii diem proximè vel antecedit vel ſequitur, dependet) interdum 2.3.4. imo
5. Septimanis tardius, ut hoc anno non ſine tædio factum eſt; *Fieri verò aliter nequit,* quam-
diu hæc Julii forma retinetur, ſiquidem 21. d. Martii â Concilio præfixum, anticipando tran-
ſilire non poſſunt neque debent, utut revera plenilunium Paſchale (intra 11. (21.) Martii)
præcedat, & à Novo Calendario rectè obſervetur: Sed aliud plenilunium, quod tùm Secundi
Menſis eſt, expectare eos oporteat; Ubi & notetur, quòd prædicti errores, de ſeculo ad ſecu-
lum *augebuntur,* ſi veteris Calendarii emendatio, vel illius cum novo comportatio non inſti-
tuetur. Quemadmodum & olim ante 146. annos Stöfflerus: *Errores,* ait: *in ætate Lunæ,
inpoſitione Æquinoctii, ap. nos in præſens, in celebratione paſchæ poſt 21. Lunam & in menſe
immundis deputato, & alii heu heu ita manifeſti & palpabiles ſunt, quod haut quaquam celari
poſſint. Hi etiam Errores ita indies creſcunt, ut futuris annis (horribile dictu) paſcha quod in
plenilunio celebrari debet, ſi non providebitur, in novilunio celebrabitur, quare hiſce erroribus
mox obviandum eſt.*

# CAP. III.

## *De Erroribus novi vel Gregoriani Calendarii Paſchalibus.*

VIdebatur quidem & venditabatur hoc Calendarium ſub primâ introductione, opus quam
perfectiſsimum, nulliſque erroribus aut nævis obnoxium. Quemadmodum ſcilicet
ejus Architecti, Sanctiſsimo etiam Gregorio ita perſuadebant. Nec verò vitio vertendum id
eſt B. Gregorio, cum Calendarium non ſit fidei, quin & non cujusque viri, aliàs in facultate ſua
eruditiſsimi. Sed ad rem! Errare enim poſſe Calendarium illud novum, vel ipſis Gregoria-
nis non eſt ignotum; neque ab inſtituto hoc noſtro alienum, ſi jam & *Novi Calendarii errores*
in medium proferimus.

Satis verò jam 1. erratum eſſet, ſi veteris ſaltem Calendarii erroribus (cui remedium
eſſe tamen debebat) convinceretur, Quemadmodum & ex Calculo, harum rerum optimo

Judice, infallibiliter conſtat, *Novum* Calendarium *non minus peccare vel errare quam vetus.* Præſertim quod errores primi Menſis, licet leviculos attinet. Ita enim Paſcha celebrat Novum Calendarium *in ultimo quadrante Menſis* Anno 1656. 1659. *& poſt ultimum quadrantem ejusdem* Anno 1744. 1757. quin & nec *à Secundi Menſis paſchate* abſtinet, ut Goldmajerus habet Anno 1590. 1647.

Atqui 2. *Novum* Calendarium *à Canonibus* Nicænis etiam *Principalibus aberrat*, dum: Scilicet Paſcha habet vel *cum Judæis*, id quod Goldmaieri Baſis ſtatim in primis 22. annis, quater ob oculos poſuit: anno ſcilicet 1582. 1595. 1599. & 1602. 2. Cum *quartadecimanis hæreticis*, ut Anno 1598. 1609. 3. *In duodecimo menſe*, ceu patebit Anno 1704. 1780. Unde ſanè cuivis ſano, liquet; Calendarium Novum non tantum non abſque omnibus nævis immune, nec vetere melius, ſed etiam longè deterius eſſe. Siquidem non tantum ex minus Principalibus Canonibus eodem cum Vetere in luto hæreat (quanquam non tam crebrò) ſed etiam in Canones ſub excommunicationis pænâ & Hæreſeos infamiâ ſancitos, gravius multò impingat. Quemadmodum intra 220. annos 60. vicibus à prædictis Canonibus aberrare deprehenditur. Præterea & pro 3. imputantur Novo Calendario non immeritò illæ *turbæ*, quæ ex ejus introductione, & Julianorum repudiatione, toti orbi Chriſtiano non tantum fuerunt aut ortæ *ſunt*; Jam verò quaſi ſopitæ, & per conſuetudinem familiares; ſed etiam *erunt* & adhuc denuò ſequentur, ubi poſteri noſtri ſub ſeculo vel Anno Chriſti 1700. 1800. & 1900. exemptilium dierum augmentum, ad 1. 2. & 3. dies habebunt, & ſtylus utriusque Calendarii uſualis non ut nunc, 10. diebus, ſed reſpectivè 11. 12. & 13. diſcrepabit, ita ubi jam numeratur dies 12. (22.) tunc ſub ſeculo 1700. 12. (23.) ſub 1800. 12. (24.) ſub 1900. 12. (25.) menſis ſcribendus erit; quod ſanè abſque *nova turbatione* orbis non erit, niſi interim (quod ab omnibus deſideratur) Calendarium Vetus ad Novum accedat, aut alia longe tutior & conſtantior forma *utrumq;* eliminet.

Tacebo 4. jam errores Novi Calendarii qui artis ſunt & artificiales dici merentur, ut eſt 1. *qualitas exemptilium centurialis*, qua ſcilicet per tres centurias annorum plus eximitur quam quartâ reſtituitur. Ita enim ipſe Goldmajerus Novi Calendarii Patronus p. 15. Baſis ſuæ liberè fatetur; æquinoctium per tres centurias ex 21. d. Martii in 22. imò & 23. Martii retroagi; quartâ verò centuriâ diem unum elidi. Unde patet æquinoctium in 21. Martii conſtanter permanere haud poſſe. 2. Non probatur Novo Calendario *primi Menſis cavitas* ſeu ambitus 29. dierum ſaltem. Cum Cyclus lunaris, adeoque & Paſchalis Menſis, 30. dies depoſcat. 3. Hinc non neceſſaria 24. & 25. *Epactæ in unum terminalem unitas*, nec non 4. *terminorum paſchalium in uno eodemq; die pluralitas*; quæ p. 35. Baſis Goldmaierianæ videre eſt. Tandem & 5. vitio vertitur Calendario novo *aurei numeri per Epactas admodum lubricas* & errorum principalium apud Novum Calendarium præcipuos Authores, *ab officio ſuo* (quod à primitivâ Eccleſiâ ei fuit, plenilunium paſchale monſtrandi) deturbatio & *literæ Dominicalis per omnes centurias nova immutatio*, & quæ ſunt alia, quæ tum contra artem, tum antiquum Eccleſiæ morem, committit illud Calendarium Novum.

# CAP. IV.

## *De Errorum utriusq; Calendarii oculari & fundamentali Remonſtratione.*

UTquæ commodius & dexterius fieri nequit, niſi ex Calculi Aſtronomici ad Calendariorum praxin collatione. Habetur ergo hic Tabula ubi 1. *Anni* jam cap. 2. & 3. allegati. 2. *Menſes, dies & horæ pleniluniorum* paſchalium ejus temporis. 3. *Termini paſchales* Calendarii uſuales. 4. *Cyclus Lunæ ſive aureus numerus*, 5. *Cyclus ſolis & litera Dominicalis*, & 6. *errores* notati, & quidem.

I. Pro

## I. *Pro veteri Calendario.*

| Anni Chriſt | Plenilun. Paſch. | A. N. | Term. Paſch. | Cycl. ☉ Lit. ☉ | Paſcha. | Errores. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1658 | Ap.d.7.h.15 | 6 | Ap.10 | 15. C. | 11.Ap. | in 2. menſe. |
| 1666 | Ap. 9. 4 | 14 | Ap.12 | 23. G. | 15.Ap. | |
| 1656 | M. 30. 9 | 4 | Ap. 2 | 13. C. | 6.Ap. | in ult. □ 1. m. |
| 1680 | Ap. 3. 23 | 9 | Ap. 7 | 9. C. | 11.Ap. | |
| 1667 | M. 29. 12 | 15 | Ap. 1 | 24. F. | 7.Ap. | p. ult. □ 1. m. |
| 1670 | M. 26. 4 | 8 | M. 29 | 27. B. | 3.Ap. | |
| 1660 | Ap. 14. 21 | 8 | Ap.18 | 17. G. | 22.Ap. | in ult. □ 2. m. |
| 1663 | Ap. 12. 12 | 11 | Ap.15 | 20. D. | 19.Ap. | |
| 1669 | Ap. 4. 6 | 9 | Ap. 7 | 18. F. | 14.Ap. | p. ult. □ 2. m. |
| 1664 | M. 31. 21 | 12 | Ap. 3 | 21. B. | 10.Ap. | |

NB. Præter quinque varios hoſce errores, aliis obnoxium eſſe Calendarium vetus nequit.

## II. *Pro novo Calendario.*

| Anni Chriſt | Plenilun. Paſchal. | A. N. | Term. Paſch. | Cycl. ☉ Lit. ☉ | Paſcha. | Errores. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1656 | M.d.30.h.9 | 4 | Ap. 9 | 13. A. | 16.Ap. | in ult. □ 1. M. |
| 1659 | M. 28. 9 | 7 | Ap. 6 | 16. E. | 13.Ap. | |
| 1744 | Ap. 16. 4 | 16 | M. 29 | 17. D. | 5.Ap. | p. ult. □ 1. M. |
| 1724 | M. 28. 14 | 15 | Ap. 9 | 25. A. | 16. Ap. | |
| 1590 | Ap. 9. 9 | 14 | Ap. 18 | 3. G. | 22.Ap. | in 2. menſe. |
| 1647 | Ap. 9. 11 | 14 | Ap. 18 | 4. F. | 21.Ap. | |
| 1582 | Ap. 7. 21 | 6 | Ap. 17 | 23. C. | 18.Ap. | cum Judæis. |
| 1595 | Ap. 14. 7 | 19 | Ap. 25 | 8. A. | 26.M. | |
| 1598 | Ap. 10. 22 | 3 | M. 21 | 11. D. | 22.M. | cum Quartad. |
| 1609 | Ap. 9. 2 | 14 | Ap. 19 | 12. D. | 19.Ap. | |
| 1704 | Ap. 8. 13 | 14 | Ap. 19 | 5. E. | 23.M. | in Duodecim. |
| 1780 | Ap. 8. 13 | 14 | M. 21 | 25. A. | 26.M. | |



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527527-p0009-8

# Cap. V.

## *De Errorum ejuſmodi vario diſcommodo.*

JUxta hoc enim, quod utrumque Calendarium ſeſe tædio, & deſiderio emendationis exponit; *triplex* pro triplici vitæ ſtatu non poteſt non atro calculo notari diſcommodum. 1. *Eccleſiaſticum*, ubi ſanè ſcandalo, ferè quotidiano, non vacat, feriarum publicarum diſcors celebratio, quando tum ad mobilia tum immobilia feſta ex unâ parte cætus (Chriſtianus ſcil.) devotè convenit, ex alterâ verò parte ad labores manuarios & rurales ſtrenuè quisque deproperat; & quidem iis in locis, ubi diverſæ religionis habetur exercitium ſimultaneum, non ſine maximo faſtidio. *Audiatur hic Steflerus: quis ex cæcatorum Judeorum ſannas, opprobria, convicia, irriſiones, contumelias, quibus nobis indies illudere moliuntur, enarrare poteſt? Autumant n. nos ſub figmento quodam affere Chriſtum paſſum, ſepultum, ex mortuis reſuſcitatum & in cælos aſcendiſſe, atq; ex illo errore de paſchæ obſervatione) nos in aliis pariformiter errare ſubſumunt.* Item *addo ſectas alias: Manichæos, Mahumetanos Turcas, nos ſubſannantes, cum audiunt errores noſtros circa noſtri Meſſiæ reſurrectionem & eandem quotannis, nullo Certo Canone, nullo definito tempore peragere.* 2. *Politicum*, quando ſc. publica Rerumpublicarum negotia, præprimis comitia, feſtorum ejusmodi reiteratione, magno interdum cum diſpendio partium, ſi non diſcutiuntur, tamen non rarò impediuntur. 3. *œconomicum*, ubi non tantum utriusque ſtyli obſervatio moleſtat, ſed etiam non rarò varie discommodat; quin & agricultura, nec non Commercia facile nimis periclitantur. De quibus & lamentatur Origanus dicto ſuperius loco, ubi pergit: *Diverſitas Calendariorum* (ut quæ ex non obſervato ap. Julianos æquinoctio, &c. ſequitur.) *feſtis anniverſariis in Eccleſiâ receptis, legitime celebrandis, & actionibus atq; negotiis in Rebus-publicis, per totam Germaniam & vicina regna certo tempore peragendis, varias difficultates obiicit; quibus homines plebei graviter offenduntur; & peregrinantes mercaturam exercentes, viciniq; diſſentientibus Calendariis utentes, valde turbantur. Hiſtoriis denique in temporum Circumſtantiâ quæ lucem ſingularem hiſtoriæ affert, officit & adverſatur.*

Cætera quæ odioſa experientia quotidiè offert, omitto; atque ſic primam hujus ſcripti partem de utriusque veteris & Novi Calendarii erroribus notoriis Concludo.

# *PARS SECUNDA,*

## DE REMEDIIS EX QUIBUS UTRUMQUE CALENDARIUM REVALESCERE ET IN UNUM TANDEM COALESCERE FACILIME POTERIT.

# Cap. I.

## *De Remediis Errorum in genere.*

VAria hactenus à variis commendata ſunt componendi temporis remedia; fuerunt enim qui obſervationem motus Lunaris, adeoq; primi in quolibet Anno menſis præciſam, ex libertatis Chriſtianæ intuitu, explodere, adeoq; *certum* anni (temporis tamen vernalis) *diem*, pro paſchate & reſurrectionis Chriſti memoriâ publicè ſtatuendum eſſe, opinati ſunt. Quemadmodum Eccleſiæ conſuetudo eſt, *Nativitatis Chriſti* memoriam d. 25. Xbris quotannis

nis celebrare, ut ut ſe ſe motus Lunæ habeat; Ita etiam pro reſurrectionis Chriſti memoria ſeu Feſto Paſchali, *dies Aprilis quintus* (qui ab Aſtronomis An. Chriſti 34. ex computo Eclipſeos Lunaris 3. Aprilis, (ut die Chriſti emortuali) notatæ, indubie adhuc aſſeritur) quotannis commendatur; ſive luna plena ſit, ſive vacua lumine, & 5. ille Aprilis dies in feriam Heptomatis 1. 2. 3. vel 4. incidat. Fuerunt etiam aliqui, qui diei illius *Dominicæ*, qua Chriſtus reſurrexit rationem habendam eſſe dixerunt, adeòque Paſcha, die *Dominica* diem 5. Aprilis proximè *ſequente*, celebrandum eſſe putarunt. Verum enim verò & alii adhuc ſunt, qui *ordini divino* pro Paſchate poſt æquinoctium proximè celebrando, repudium planè nunciare pro piaculo habent; præſertim cum motus Lunaris & Solaris notus (ſub extremis hujus mundi ſeculis) ferè ſit omnibus; Eccleſiaque primitiva ab Apoſtolorum tempore parum diſtans, ad motum cæleſtem paſcha quotannis celebrare conſueverit, quin & mandarit. Et hujus ſententiæ etiam Reformatores Calendarii rectè fuerunt ante annos 82. nec opinor alia, vel denuo reformandi vel conformandi Calendaria Methodus adhuc probabitur. Quæ verò illa ſit, merito jam diſquiritur.

# CAP. II.

## *De Remediis Errorum Calendariographicorum in ſpecie.*

QUemadmodum errores ſupra notati erant, vel *ſingulorum* Calendariorum vel *conjunctorum:* ita & Remedia erunt, tum *particularia*, tum *communia*. Ex *parte laborat* ut diximus. *1. Calendarium vetus* errore, tum *circa æquinoctium* quod negligit, tum *circa Lunæ motum* ſive anticipationem, quam non attendit. *Pro reſtitutione* æqui noctii in 21. Martii, ubi tempore Concilij Nicæni erat, Conſilium melius dari non poteſt, quam ut Juliani Calendarii obſervatores, *de exemptione ſive* expunctione *dierum* 10. æquè ac olim Gregoriani ſibi perſuaderi patiantur. Aliâ enim ratione ſtylus uniri nequit, & dedecori meritò imputabitur, ulterior contra ipſum quaſi naturam refragatio. Decem verò illi dies vel ſimul & ſemel, uti tunc; vel ſucceſſivè & ſingulis menſibus, unius aut alterius anni, abjicere liceat. Deinde & ſubmonendi ſunt Juliani Calendarii aſſeclæ, *de correctione Cycli Lunaris*, ut quæ facilima erit, ſi modo à cujusvis aurei numeri termino Paſchali, qui à tempore Dionyſij uſque huc iis in uſu eſt, ſemper *tres dies* ſubtrahantur; exempli gratia, pro præſenti Anno 1664. dat aureus numerus 12. Aprilis d. 4. Cycli Dionyſiani pro termino, quibus ſubtraho 3. & reductus eſt Cyclus pro noſtro tempore in 1. Aprilis ad eundem Aureum Numerum 12. Videatur hic Tabulæ Anticipationis. 4. Col. ubi aureus numerus 12. indicat 1. Aprilis pro termino Paſchatis reducto ſive correcto.

Ex parte etiam 2. errat *Calendarium Novum circa Exemptiles centuriales & circa ſeductitium Epactarum Cyclum.* Optimum pro utroque errore remedium erit, *melioris* perſuaſio & amplexatio. Ita ut Gregorianæ formæ addicti, non recuſare velint, *Tabulæ centurialis, cum aliâ*, quæ eſt ex Calculo Tychonico periodalis 128. ſcil. annorum (abſque intercalationis omiſſione continua) *commutationem.* Deinde *loco Epactarum*, *Cyclum Aurei numeri correctum*, ſive Tabulam anticipationis *admittant*; Aureumque illum numerum *in officium ſuum* pro terminis Paſchalibus reperiundis reſtituant. Sic erit Calendarium Novum impoſterum *ab omnibus illis erroribus*, qui excommunicationem merentur omnino immune; quod eſt quam certiſſimum. *Conjunctim* verò errare vidimus utrumque Calendarium *circa Canones Nicenos*; Præprimis verò Gregorianum *ad excommunicationem* uſque & Julianum admodum frequenter *à primo Menſe in ſecundum*, ejusque *quadrantem ultimum*. Morbo huic Calendaria utraque corrumpenti, *remedia* proſtant *tria*, atque talia quæ utrumque ab erroribus omninò liberare & ambo in unum tandem comportare facilimè poſſunt. Quorum 1. nuncupo, *Medium*. 2. *Mixtum*. 3. *Chriſtianum* Calendarium, uſque dum aliter unum atque alterum nominare placebit.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527527-p0011-5

# CAP. III.

## *De Calendario Medio.*

MEdium hoc, vel ab antiquo & Novo *aliud* Calendarium, dico, quod neque Tabulis aut Cyclis Gregorianis neque Julianis utitur, neque de erroribus eorum gravibus participat, ſed *propriis fundamentis* nititur. & *errores enormes* omnino evitat. Tabulæ hujus fundamentales ſunt. *I. Solis*, pro æquinoctio reducendo & retinendo, & literâ Dominicali inveniendâ. *II. Lunæ* pro experiundo Aureo numero & Anticipationis tempore. *III. Terminorum* paſchalium ad aureum numerum. Ex prima Tabula habetur *Cyclus Solis*; *Dies exemptilis*, & *Cyclus Solaris*; unde tandem patet & *litera Dominicalis*. Ex ſecunda Tab. dicitur *Aureus numerus*, *diesq; anticipationis*. Ex Tab. tertia verò habetur *paſchalis terminus ſub quocunq;* anticipationis die vel numero. Quarum Tabularum fragmenta ſaltem hic lubet apponere, ſcilicet in eventum, ô utinam, quemadmodum optatum, ita citum! Tunc enim largiente Deo vitam, integræ ſequentur. Quin & ex fragmentis per additionem differentiarum in quantum lubet, perpetuari poterunt, à quocunque ejus rei Studioſo.

### *I. Tabula Solis.*

| Anni Chriſti | cyc ☉ | DI EX | cyc EX | Anni Chriſti | cyc ☉ | DI EX | cyc EX | Anni Chriſti | cyc ☉ | DI EX | cyc EX |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Nic. 324 | 25 | 0 | 16 | 964 | 21 | 5 | 12 | 1604 | 17 | 10 | 8 |
| Con. 452 | 13 | 1 | 4 | 1092 | 9 | 6 | 0 | 1732 | 5 | 11 | 24 |
| 580 | 1 | 2 | 20 | 1220 | 25 | 7 | 16 | 1860 | 21 | 12 | 12 |
| 708 | 17 | 3 | 8 | 1348 | 13 | 8 | 4 | 1988 | 9 | 13 | 0 |
| 836 | 5 | 4 | 24 | 1476 | 1 | 9 | 20 | 2244 | 25 | 14 | 10 |

### *II. Tabula Lunæ.*

| Anni Chriſti. | Au. Nu. | An-tic: | Anni Chriſti | Au. Nu. | An-tici. | Anni Chriſti. | Au. Nu. | An-tici: |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Nic. Con 248 | 2 | 0 | 1469 | 15 | 4 | 2744 | 9 | 8 |
| 560 | 10 | 1 | 1808 | 4 | 5 | 3056 | 17 | 9 |
| 872 | 18 | 2 | 2120 | 12 | 6 | 3368 | 6 | 10 |
| 1184 | 7 | 3 | 2432 | 1 | 7 | 3680 | 14 | 11 |

*III. Tab.*

| Di. Mar | L. ⊙ | Nat Chr | Nic Cō | Dio nyſ | 2 | An 3 | tici 4 | pa- 5 | tio: 6 | Di. Ap. | L. ⊙ | Nat Chr | Nic Cō: | Dio nyſ | 3 | An 4 | tici 5 | pat 6 | 7 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 21 | c. | 8 | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - | 6 | e. | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 | - |
| 22 | d. | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 | 7 | f. | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 |
| 23 | e. | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 | - | 8 | g. | - | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 |
| 24 | f. | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 | 9 | a. | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 | - |
| 25 | g. | - | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 | 10 | b. | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 | 11 | 11 |
| 26 | a. | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 | - | 11 | c. | 17 | 6 | - | 14 | 3 | - | - | - |
| 27 | b. | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 | - | 15 | 12 | d. | 6 | - | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 |
| 28 | c. | - | 10 | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 | 13 | e. | - | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 |
| 29 | d. | 10 | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 | - | 14 | f. | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 | - |
| 30 | e. | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 | - | 12 | 15 | g. | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 |
| 31 | f. | 18 | 8 | - | 15 | 4 | - | 12 | - | 16 | a. | - | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 |
| Ap | g. | 7 | - | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - | 17 | b. | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - |
| 2 | a. | - | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 | 18 | c. | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - | 13 |
| 3 | b. | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 | - | 19 | d. | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 |
| 4 | c. | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 | | | e. | f. | g. | a. | b. | c. | d. | - |
| 5 | d. | - | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 | | | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | Ap |

Atque hæc Calendarii, hiſce Tabulis innitens forma, certa conſtans & durabilis eſt in infinitum, neque ulli errori obnoxia; niſi quod Paſcha interdum in, & rarò poſt quadrantem menſis primi ultimum, ſed urgente neceſſitate (ne ſcilicet cum Judæis aut quartadecimanis) celebret. Id quod intra annos ab hinc 140. vigeſies octies uſu veniet.

# Cap. IV.

## *De Calendarii forma mixta.*

HÆc enim de utroque Vetere & Novo Calendario participat, dum ex Gregoriano (facilioris ſaltem concordantiæ cauſa) *Tabulam exemptilium Centurialem amplexatur*, & *ex Juliano ſeu Medio*, *Tab. Anticipationis terminalem ſibi propriam facit*: *Ex illa* enim æquat ſtylum in perpetuum: *Ex hac* verò declinat, quicquid contra Can. Nicenos (præter Paſcha in & poſt quadrantem primi menſis ultimum) erroneum eſt. *Forma* hæc ſanè eſt *Julianis admodum accommoda & acceptabilis*; ſi ſcil. de ſuo aliquid cedere Gregoriani (quod tamen non ſperatur) nolint. Ita enim Juliani uno eodemque tempore feſta mobilia, ut Paſcha, cum Gregorianis ſemper agere poſſent (excepto ſaltem, ſi quando Gregoriani contra Canones ire malint.) Tunc enim hæc forma ad octiduum Paſcha ſuum differt, qui intra 140. futuros octodecies obſervabitur.

Tabularum huc facientium fragmenta hic apponuntur.

Ut

*Tabul. Exemptilium centurialium Gregoriana.*

| Anni Chriſti | cyc ☉ | Di. Ex. | cyc Ex. | Anni Chriſti | cyc ☉ | Di: Ex. | cyc Ex. | Anni Chriſti | cyc ☉ | Di. Ex. | cyc Ex. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1500 | 25 | 10 | 20 | 2300 | 13 | 16 | 4 | 3100 | 1 | 22 | 16 |
| 1600 | 13 | 10 | 20 | 2400 | 1 | 16 | 4 | 3200 | 17 | 22 | 16 |
| 1700 | 1 | 11 | 8 | 2500 | 17 | 17 | 20 | 3300 | 5 | 23 | 4 |
| 1800 | 17 | 12 | 24 | 2600 | 5 | 18 | 8 | 3400 | 21 | 24 | 20 |
| 1900 | 5 | 13 | 12 | 2700 | 21 | 19 | 24 | 3500 | 9 | 25 | 8 |
| 2000 | 21 | 13 | 12 | 2800 | 9 | 19 | 24 | 3600 | 25 | 25 | 0 |
| 2100 | 9 | 14 | 0 | 2900 | 25 | 20 | 12 | 3700 | 13 | 26 | 24 |
| 2200 | 25 | 15 | 10 | 3000 | 13 | 21 | 0 | 3800 | 1 | 27 | 12 |

Quo pertinet & præcedens Terminorum Tabula.

Forma Calendarii hæc Mixta durabit, non in perpetuum, ob exemptiſium centurialium ad æquinoctium in 21. Martij retinendum imperfectionem, tamen ad 4000. annos poſt Chriſtum adhuc probatur; ubi æquinoctium per integrum diem à ſede ſua, 21. Martii, ſcilicet, in 20. contra tum artem tum naturam progredietur. Interim verò hac ex parte concordes eſſe Chriſtianos ſat diu licebit.

# Cap. V.

## *De Forma pro Calendariis emendandis & conciliandis Tertiâ ſive Chriſtiana.*

ITa dicitur ob reductionem æquinoctii, adeoque & temporis ſacri, *in Seculum Chriſti* Nati, paſſi & reſuſcitati proprium. Chriſtianos enim ſanè talis forma Chriſtiana decet, non tantum ob nominis elegantiam, ſed etiam ob feſtorum Chriſtianorum cum hiſtoriis facti convenientiam. Præſtat enim paſcha agere eo tempore anni, quo Chriſtus reſurrexit, quam quod nunc fit, 13. imò pluribus interdum diebus, ob æquinoctium illius ſeculi, tardius. Quemadmodum & hæc forma utitur *exemptilibus*, ut media illa, *periodalibus* annorum 128. & *tabulâ Lunæ itidem periodali.* 312. annorum. Sed utrumque à Nato Chriſto deductis. Et utrumque Calendarium ita reformat, ut Julianis pro reducendo æquinoctio non in 21. um *ſed 24. Martij* in quo erat Tempore Chriſti, imponat, non 10. ſed 13. dies, jam eximendos, Gregorianis verò adhuc 3. ex ſuo Calendario ſupra 10. illos abjiciendos.

Cæterum hæc forma pari immunitate ab erroribus excommunicandis ac Media illa, Mixtaque gaudet, & ſaltem Paſcha aliquoties, neceſſitate urgente, in & poſt ultimum Menſis primi quadrantem, celebrat.

# CAP. VI.

## *De Remedio Errorum Calendariographicorum ſeu formarum Calendarii re- & conformatorii declaratarum magis probabili.*

UT ab ultimâ viâ exordiar, ſcilicet à Chriſtianâ Calendarii forma, ſanè ea, ut jam dictum, Chriſtianos maximè decet & decorat; præprimis ob Hiſtoriarum Evangelicarum *tempus quaſi præciſum*, multum delectat; quin & ſi publica & notoria quædam Calendariorum immutatio adhuc ante finem mundi eſt ſuſcipienda; Hæc forma præ cæteris talem innovationem univerſo orbi propalabit. Et ejusdem, & nec majoris nec altioris indaginis fuiſſet, tempore reformationis Gregorianæ, ſi non tam ad Concilii Niceni authoritatem, quam ad adventus & vitæ Chriſti dignitatem, adeoque ejus temporis, æquinoctium, reflexio fuiſſet Reformatoribus. Verum de hujusmodi formæ approbatione & amplexatione, ut poſtliminio introducendæ, adhuc non parum ambigitur. Siquidem, qui Gregorianum Calendarium ſectantur, *triduum* adhuc expungendum ægre admittent, ut ut Julianam partem tuentibus, concordiæ ex deſiderio, *idem ſit 13. vel 10.* dies amittere. Tantum duæ Dominicæ cum ſuis Evangeliis illius anni, ubi hæc correctio incidit, tranſiliendæ; ſequentibus verò annis reſtituendæ eſſent Julianis. Sed & omnino neceſſe erit, ut & Gregoriani ſimul 3. illos dies elidant, ut ambæ partes tandem in unâ literâ atque die menſis convenire poſſint: Et hæc de formâ Cal. Chriſtianâ.

Alteram quod attinet ſive *Mediam*; iterum dubitatur, num, qui Gregorianæ partis ſunt, Exemptilium centurialium Tabulam cum Periodali eorundem, nec non Epactarum Cyclum, (qui tamen Cyclus ob impoſſibilem ambitum 300000. ſcilicet annorum, dici non meretur) cum Aureo numero reducto & correcto commutare, atque ita ad hos qui Julianam partem tenent & ad æquinoctialem Gregorianæ partis diem redire aut accedere non recuſabunt, obviam quaſi venire velint. Id quod certe partibus diſſentientibus alias convenit, ut ſcil. *quælibet de ſuâ prætentione tantum remittat, quantum ad reconciliationem utriusq; opus ſit.* Neque ulla hic oboritur Gregorianis turbatio, ſiquidem res tota intra privatos parietes tranſigi, & commutatio illa Tabularum, Calendariographis ſaltem obſervanda, per ſummas Chriſtianitatis Authoritates mandari poterit. Et licet. Julianis, juxta publicam Calendarii ſui ſub hac forma abdicationem, ob dierum 10. exemptionem aliqua erit turbatio, etiam publica; tamen facilis ejus erit ſedatio; ſi modo *ſcriptio ſtyli veteris plane omittatur* & oblivioni tradatur. Sed inquiat quis, hoc modo, Juliana Calendarii forma omnino interibit, quin & Aſtronomicus ſyderum calculus turbabitur, nec non hiſtoria & Chronographia periclitabitur. Et ſanè hoc ultimum quod attinet; negare planè non poſſum, aliquod Hiſtoriæ periculum. Sed quod leviculum & ſaltem illius anni erit, in quo hæc ſtylorum comportatio inſtituetur. Quin quod hic vacabit, ſaltem Veteris ſtyli erit, & per obſervationem Novi reſtitui poterit. Aſtronomicum verò Calculum turbatum iri pernego. Juliana enim forma anni, Aſtronomis ad Labores ſuos erit perpetua, neque ipſis Calendariographis oblivioni tradenda. Siquidem *plenilunia paſchalia indaganda ſemper ſunt*, (niſi ex Ephemeridibus corradantur) *juxta formam Calendarii Julianam*, poſtmodo verò & per additionem exemptilium ad formam Calendarii tropicam accommodanda. Quemadmodum hactenus pro forma Gregorianâ calculus feſti paſchalis, alius eſſe non potuit.

Tertiam Calendariorum conciliandorum formam *Mixtam* hìc dictam addo, non niſi in eventum ſi videlicet Gregorianam formam tenentes, de ſuo quid cedere, & in Mediam vel Chriſtianam, una cum Julianis deſcendere, nolint. De quo tamen adhuc non planè deſperatum eſt. Tunc enim Calendario Juliano aſſueti *hanc conveniendi viam*, ſalva tum authoritate, tum libertate, tum etiam conſcientiâ amplexari poſſunt, ita ut amittendo, 10. dies & aſſumendo exemptiles Gregoriani Calendarii centuriales, ſtylo novo in perpetuum unian-tur,

tur, nec non aureum numerum correctum ſequendo, in celebrando Paſchate aliiſque feſtis mobilibus tam diu & toties concordent, quoties illi, Gregoriani ſcil. in caſus Paſchatis excommunicatos non impingant. Sin ſecus; tum ad ſequentem Dominicam paſcha ſuum differre hi tenentur. Id quod intra annos 140. adhuc venturos, octodecies poſſet evenire. Sic Juliani relicta ſua formâ veteri ad novum ſeu Gregorianum planè acceſſiſſe videbuntur quidem, ſed reverâ adhuc ab illâ in caſibus prohibitis omninò different.

# CAP. VII.

## *De diebus ap. utrumque Calendarium Feſtivalibus, & aliis notandis.*

MAgna adhuc, ſtante utroque Calendario, eſt feriarum tum diſparitas, tum diſcrepantia. Sunt enim quædam feſta *mobilia*, quæ ut Paſcha, Aſcenſio, Pentecoſtes, Feſtum Trinitatis & Dominicæ id, atque feſtum Epiphanias ſequentes, apud utrumque Calendarium in uſu publico & parili eorum obſervantiâ; Aſt in *immobilibus*, nec numero nec tempore conveniunt. Dum enim Juliani Calendarii Patroni contenti ſunt feriis Nativitatis & circumciſionis Chriſti: item Epiphanias. B. Mariæ virginis, ut Purificationis, Annunciationis & Viſitationis, nec non Johannis Baptiſtæ & Michaelis Archangeli, omnium denique Apoſtolorum memoriâ; tunc apud Gregorianos præter hæc feſta, adhuc *quam plurimorum ſanctorum adduntur feriæ*. Unde ſi in tempore nobis (quod ab omnibus multum deſideratur) conveniendum erit; etiam de ſelectu feriarum utrinque conſulendum erit, ne iterum aliquando diſconveniamus, & alii devotè ferientur; alii verò laboribus deſudent cum offendiculo. Deinde *de feriarum conſignatione annuâ* notandum: Si remoto utroque vetere & novo Calendario alia vel *Media* vel *Chriſtiana* utrinque recipienda ſit, quod tunc opus haud erit duplice, ut nunc, feriarum Syllabo, ſed ſaltem unus ſufficiet. Sin verò formam *Mixtam* Juliani Calendarii Cives, ob ſtyli unitatem à parte, amplexari velint, tunc *opus omnino erit feriarum conſignatione duplici*, unâ pro Gregoriano, alterâ pro aſcititio Calendario, tum ut feriarum mobilium (ſi quando occurret) diſcrepantia fiat notoria, tum ut ratio utriuſque Calendarii non una ſed diverſa, publicè innoteſcat; licet plebs non ſemper id videat neque intelligat. Quin & ex hac ratione illa duplex conſignatio continuetur iis & in annis ubi feſtorum ubique eſt concordantia: Sed ne videatur *tautologia*; poſſunt alia ſanctorum minorum nomina in Gregoriano, alia in aſſumto Mixto (quemadmodum eorum varietas habetur apud Origenum parte 3. Ephemeridum) notari. Tertiò ut & Calendario ita (per quamcunque fiat formam) reformato, *nomen* à Gregoriano & Juliano diverſum & quaſi *proprium* accommodetur, id inter ſumma Chriſtianitatis capita diſquirendum & denominandum, relinquitur.

Tandem etiam apud harum rerum peritos, in conſultationem veniat, an Menſis primus apud Gregorianos *caſus* i. e. tantum 29. dierum, additione 26. diei Aprilis, non *in plenum 30.* dierum redigendus ſit. Hoc enim non tantum utraque tum Mixta tum Media Calendarii forma (quemadmodum & Chriſtiana atque ideo 29. Aprilis exigens) depoſcit, ſed etiam Cyclus Aurei Numeri, ſive Lunæ omnino flagitat: Ubi ſub hoc ſeculo (Anticip. 4.) Aureus numerus 13. occupat diem 21. Martii & 5. diem 19. Aprilis pro terminali legitimat, adeoque ambitum hujus Cycli 30. dierum expreſsè conſtituit.

Hinc ſane quotieſcunque Aureus Numerus 5. cum Lit. ☉. D. habetur, *tranſpoſitio* Paſchatos, non niſi in 26. Aprilis terminatur, aut ſcienter cum Judæis aut quartadecimanis (ut Anno 1609. factum eſt) Paſcha ſub excommunicationis pæna celebratur, id quod eruditiſſimus Scaliger jam dudum deſideravit, quando lib. 3. Canonum Iſagogicorum ait: *Dies 18. Aprilis non eſt in anno Novo terminus remotiſſimus, ſed Dies 19. Aprilis, nec 25. dies Aprilis, ſed 26. eſt remotiſſimum Paſcha.* *Quicquid enim incurrit ordine naturali de Cyclo lunari in*

*diem*

*diem 19. Aprilis, illud eſt quartadecima paſchalis, & conſequenter tranſpoſitioni* ( ſc. in 28. Aprilis) *ſubjectum.* Quod verò tranſpoſitionem paſchalis feſti *in 22. Lunam* ſeu poſt quadrantem Menſis ultimum, (quando ſcil. Terminus, adeoque plenilunium *die Saturni*, ſive in Martio ſive in Aprili, incidat) attinet, & quælibet harum formarum multum deſiderat, id ſubmittatur judicio Victorini in prologo periodi magnæ, ita ſentientis: *Si die Sabbathi plenilunium (vel quartadecima: idem enim ei eſt utrumq;) eſſe contigerit, & decima quinta in ſequenti Dominica reperiri, eâdem Hebdomate transmiſſâ, in alteram Dominicam i. e. in Lunam 22. diem Paſchalem extendi, quam Dominicam paſſionem ante 14. Lunam ullatenus inchoari, aut Judæis ſociari.*

# CAP. VIII.

## *De Cycli Solaris & Tabulæ Aſtronomicæ additione & perfectione.*

Quemadmodum enim abſque literæ Dominicalis cognitione, impoſſibile eſſet ad cognitionem Paſchalis feſti venire; ita nec ad literam Dominicalem, abſque Cycli ſolaris notitiâ. Et quis non dubitabit de Cyclorum & terminorum paſchalium, in indicando Paſchate dexteritate, ſi non hanc videat, in Aſtronomici calculi veritate.

Hinc non potui non utraſque Tabulas addere, earumque mentem ſimul brevibus exponere. Tabula Cycli ſolaris conſtat 7. columnis, quæ duplici rubrica quaſi, in capite notantur. Prima eſt *exemptilium Cyclorum* (quæ in Tabula ſolis ſuperiori habentur) inſcriptione. Altera ex *numeris* Exemptiles ſeptem, *ſuperantibus.* Sub hiſce rubricis Cycli ſolares à latere dextro dant literas Dominicales. Aſtronomica verò Tabula exhibet *motus paſchalium pleniluniorum* annuos, centenos, & millenos, &c. per additionem ſaltem operando. Additur verò & Feſtorum mobilium Tabula per ſe plana.

Tabula

## *Tabula Lit. Dominicalis.*

| O | IV. | VIII. | XII. | XVI | XX. | XXIV | Cycli Exempt: | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| O | II. | IV. | VI. | I. | III. | V. | D | |
| 1 | 25 | 21 | 17 | 13 | 9 | 5 | G. | F. Litera |
| 2 | 26 | 22 | 18 | 14 | 10 | 6 | E. | Dominic. |
| 3 | 27 | 23 | 19 | 15 | 11 | 7 | D. | |
| 4 | 28 | 24 | 20 | 16 | 12 | 8 | C. | |
| 5 | 1 | 25 | 21 | 17 | 13 | 9 | B. | A. |
| 6 | 2 | 26 | 22 | 18 | 14 | 10 | G. | |
| 7 | 3 | 27 | 23 | 19 | 15 | 1 | F. | |
| 8 | 4 | 28 | 24 | 20 | 16 | 12 | E. | |
| 9 | 5 | 1 | 25 | 21 | 17 | 13 | D. | C. |
| 10 | 6 | 2 | 26 | 22 | 18 | 14 | B. | |
| 11 | 7 | 3 | 27 | 23 | 19 | 15 | A. | |
| 12 | 8 | 4 | 28 | 24 | 20 | 16 | G. | |
| 13 | 9 | 5 | 1 | 25 | 21 | 17 | F. | E. |
| 14 | 10 | 6 | 2 | 26 | 22 | 18 | D. | |
| 15 | 11 | 7 | 3 | 27 | 23 | 19 | C. | |
| 16 | 12 | 8 | 4 | 28 | 24 | 20 | B. | |
| 17 | 13 | 9 | 5 | 1 | 25 | 21 | A. | G. |
| 18 | 14 | 10 | 6 | 2 | 26 | 22 | F. | |
| 19 | 15 | 11 | 7 | 3 | 27 | 23 | E. | |
| 20 | 16 | 12 | 8 | 4 | 28 | 24 | D. | |
| 21 | 17 | 13 | 9 | 5 | 1 | 25 | C. | B. |
| 22 | 18 | 14 | 10 | 6 | 2 | 26 | A. | |
| 23 | 19 | 15 | 11 | 7 | 3 | 27 | G. | |
| 24 | 20 | 16 | 12 | 8 | 4 | 28 | F. | |
| 25 | 21 | 17 | 13 | 9 | 5 | 1 | E. | D. |
| 26 | 22 | 18 | 14 | 10 | 6 | 2 | C. | |
| 27 | 23 | 19 | 15 | 11 | 7 | 3 | B. | |
| 28 | 24 | 20 | 16 | 12 | 8 | 4 | A. | |

| Anni Chr. | Motus ☽ D. | h. | i. | Anni Chriſti. | Motus ☽ D. | h. | 1. | Notabilia. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 10 | 15 | 11 | 1000 | 15 | 15 | 13 | 1. Radix præfigenda |
| 2 | 21 | 6 | 13 | 2000 | 1 | 17 | 42 | |
| 3 | 2 | 8 | 50 | 3000 | 17 | 8 | 55 | in anno |
| 4 | 14 | 0 | 2 | 4000 | 3 | 11 | 24 | |
| 5 | 24 | 15 | 13 | 5000 | 19 | 2 | 37 | Com. 17. 15. 10. |
| 6 | 5 | 17 | 40 | 6000 | 5 | 5 | 6 | |
| 7 | 16 | 8 | 51 | 7000 | 20 | 20 | 19 | Biſſext. 18. 15. 10. |
| 8 | 28 | 0 | 30 | 8000 | 6 | 22 | 45 | |
| 9 | 9 | 2 | 30 | 9000 | 22 | 14 | 2 | 2. Tempus ☉. Paſchalis. |
| 10 | 19 | 17 | 42 | 10000 | 8 | 16 | 30 | |
| 11 | 0 | 20 | 9 | 20000 | 17 | 9 | 1 | In April. per ſe. |
| 12 | 12 | 11 | 20 | 30000 | 26 | 1 | 30 | |
| 13 | 23 | 2 | 32 | 40000 | 5 | 5 | 18 | In Martio per |
| 14 | 4 | 4 | 50 | 50000 | 13 | 21 | 48 | d. 1 11 16 |
| 15 | 14 | 20 | 20 | 60000 | 22 | 14 | 18 | Collectis addita |
| 16 | 26 | 11 | 22 | 70000 | 1 | 18 | 5 | |
| 17 | 7 | 13 | 49 | 80000 | 10 | 10 | 35 | 3. Periodi 6. Menſtruæ. |
| 18 | 18 | 5 | 0 | 90000 | 19 | 3 | 6 | |
| 19 | 28 | 20 | 12 | 100000 | 27 | 19 | 36 | 14 18 22 |
| 20 | 10 | 22 | 39 | 200000 | 26 | 2 | 28 | |
| 40 | 21 | 21 | 18 | 300000 | 24 | 9 | 19 | 44 7 6 |
| 60 | 3 | 7 | 13 | 400000 | 22 | 16 | 11 | 73 19 50 |
| 80 | 14 | 5 | 52 | 500000 | 20 | 23 | 2 | 403 8 34 |
| 100 | 25 | 4 | 30 | 600000 | 19 | 5 | 54 | 132 21 18 |
| 200 | 20 | 20 | 28 | 700000 | 17 | 12 | 46 | 162 20 2 |
| 300 | 16 | 12 | 4 | 800000 | 15 | 20 | 38 | 191 22 45 |
| 400 | 12 | 3 | 50 | 900000 | 14 | 3 | 29 | 211 11 30 |
| 500 | 7 | 19 | 37 | 1000000 | 12 | 9 | 22 | 241 0 14 |
| 600 | 3 | 12 | 23 | | | | | |
| 700 | 28 | 15 | 54 | | | | | |
| 800 | 24 | 7 | 40 | | | | | |
| 900 | 19 | 33 | 27 | | | | | |

| L. ☉ | Pascha | | ☉ Ep | Esto-mihi: | (2) | | Remi niſc: | (2) | | ☉ Palm | | Aſcē ſio: | | Pen. tec: | | S. S. Trin. | | ☉ Poſt Trin: | ☉ Prima Advent: | | N. C. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| d. | 22 | Martij. | I | 1 | | | 15 | | | 15 | | 30 | | 10 | | 17 | | XXVII | 29 | Novemb. | ♀ |
| e. | 23 | | I | 2 | | | 16 | | | 16 | | 1 | | 11 | | 18 | | XXVII | 30 | | ♃ |
| f. | 24 | | I | 3 | | | 17 | | | 17 | | 2 | | 12 | | 19 | | XXVII | 1 | | ☿ |
| g. | 25 | | II | 4 | | | 18 | | | 18 | | 3 | | 13 | | 20 | | XXVII | 2 | | ♂ |
| a. | 26 | | II | 5 | | Februarij. | 19 | | Februarij. | 19 | Martij. | 4 | | 14 | Maj. | 21 | Maj. | XXVII | 3 | Decemb. | ☽ |
| b. | 27 | | II | 6 | | | 20 | | | 20 | | 5 | | 15 | | 22 | | XXVI | 27 | | ☉ |
| c. | 28 | | II | 7 | | | 21 | | | 21 | | 6 | | 16 | | 23 | | XXVI | 28 | | ♄ |
| d. | 29 | | II | 8 | | | 22 | | | 22 | | 7 | | 17 | | 24 | | XXVI | 29 | | ♀ |
| e. | 30 | | II | 9 | | | 23 | | | 23 | | 8 | | 18 | | 25 | | XXVI | 30 | Novemb. | ♃ |
| f. | 31 | | II | 10 | | | 24 | | | 24 | | 9 | | 19 | | 26 | | XXVI | 1 | | ☿ |
| g. | 1 | | III | 11 | | | 25 | | | 25 | | 10 | | 20 | | 27 | | XXVI | 2 | | ♂ |
| a. | 2 | | III | 12 | | | 26 | | | 26 | | 11 | | 21 | | 28 | | XXVI | 3 | | ☽ |
| b. | 3 | Aprilis. | III | 13 | | | 27 | | Martij. | 27 | | 12 | | 22 | | 29 | | XXV | 27 | Decemb. | ☉ |
| c. | 4 | | III | 14 | | | 28 | | | 28 | | 13 | | 23 | | 30 | | XXV | 28 | | ♄ |
| d. | 5 | | III | 15 | | | 29 | | | 29 | | 14 | | 24 | | 31 | | XXV | 29 | | ♀ |
| e. | 6 | | III | 16 | | | 1 | | | 30 | | 15 | | 25 | | 1 | | XXV | 30 | | ♃ |
| f. | 7 | | III | 17 | | | 2 | | Martij. | 31 | April. | 16 | | 26 | | 2 | Junij. | XXV | 1 | Novemb. | ☿ |
| g. | 8 | | III | 18 | | | 3 | | | 1 | | 17 | | 27 | | 3 | | XXV | 2 | | ♂ |
| a. | 9 | | IV | 19 | | | 4 | | | 2 | | 18 | | 28 | | 4 | | XXV | 3 | | ☽ |
| b. | 10 | | IV | 20 | | | 5 | | | 3 | | 19 | | 29 | | 5 | | XXIV | 27 | | ☉ |
| c. | 11 | | IV | 21 | | | 6 | 7 | | 4 | | 20 | | 30 | | 6 | | XXIV | 28 | Decemb. | ♄ |
| d. | 12 | | IV | 22 | | | 7 | 8 | | 5 | | 21 | | 31 | | 7 | | XXIV | 29 | | ♀ |
| e. | 13 | | IV | 23 | | | 8 | 9 | | 6 | | 22 | | 1 | | 8 | | XXIV | 30 | | ♃ |
| f. | 14 | | IV | 24 | | | 9 | 10 | | 7 | | 23 | | 2 | | 9 | | XXIV | 1 | | ☿ |
| g. | 15 | | V | 25 | | Martij. | 10 | 11 | | 8 | | 24 | | 3 | Junij. | 10 | | XXIV | 2 | Novemb. | ♂ |
| a. | 16 | | V | 26 | | | 11 | 12 | | 9 | | 25 | | 4 | | 11 | | XXIV | 3 | | ☽ |
| b. | 17 | | V | 27 | | | 12 | 13 | | 10 | | 26 | | 5 | | 12 | | XXIII | 27 | | ☉ |
| c. | 18 | | V | 28 | | | 13 | 14 | | 11 | | 27 | | 6 | | 13 | | XXIII | 28 | | ♃ |
| d. | 19 | | V | 29 | 1 | Martij. | 14 | 15 | | 12 | | 28 | | 7 | | 14 | | XXIII | 29 | Decemb. | ♀ |
| e. | 20 | | V | 1 | 2 | | 15 | 16 | | 13 | | 29 | | 8 | | 15 | | XXIII | 30 | | ♃ |
| f. | 21 | | V | 2 | 3 | | 16 | 17 | | 14 | | 30 | | 9 | | 16 | | XXIII | 1 | | ☿ |
| g. | 22 | | VI | 3 | 4 | | 17 | 18 | | 15 | | 31 | | 10 | | 17 | | XXIII | 2 | | ♂ |
| a. | 23 | | VI | 4 | 5 | | 18 | 19 | | 16 | | 1 | Junij. | 11 | | 18 | | XZIII | 3 | Novemb. | ☽ |
| b. | 24 | | VI | 5 | 6 | | 19 | 20 | | 17 | | 2 | | 12 | | 19 | | XXII | 27 | | ☉ |
| c. | 25 | | VI | 6 | 7 | | 20 | 21 | | 18 | | 3 | | 13 | | 20 | | XXII | 28 | | ♄ |
| d. | 26 | | VI | 7 | 8 | | 21 | 22 | | 19 | | 4 | | 14 | | 21 | | XXII | 29 | | ♀ |

# Cap. IX.

## *De practica Feſti Paſchalis inquiſitione.*

EX paſchali die, totum dependere Calendarium cujusque formæ, id ſcilicet omnibus pernotum eſt. Hoc enim cognito, per Tabulam feſtorum mobilium præcedentem, facilis eſt & reliquorum cognitio. Pertinet verò ad Paſchalem Calculum.

1. Aureus anni dati numerus.
2. Anticipatio Lunæ ſecularis.
3. Dies pro formâ Calendarii dati exemptilis.
4. Cyclus Solis & Litera Dominicalis.

1. *Aureus numerus habetur* Si 1. ab anno dato in Tabula Lunari annus proxime minor ſubtrahitur, & 2. ex differentiâ iterum ſubtrahitur proximè minor numerus, ex ſequenti Tabella. Sic aureus numerus habetur qui additus 3. aureo numero minoris anni, dat aureum numerum dati anni quæſitum; modo non excedat. 19. quod ſi fit, novemdecim abjiciendi ſunt, ut pro anno 1664.

Datus 1664. Aur. Num.
proxime min. 1496
differentia 168
proxime min. 152
Tabellæ 16
15. Tab. ☽
31
19. Subt.
12. Aur. Num. quæſitus.

*Tabella ſubtr.*

| | |
|---|---|
| 19 | 171 |
| 38 | 190 |
| 57 | 209 |
| 76 | 228 |
| 95 | 247 |
| 114 | 266 |
| 133 | 285 |
| 152 | 304 |

Vel, datus annus unitate augetur; auctus per 19. dividitur; reſiduum (quotò neglecto) pro aureo numero quæſito reputatur.

2. *Anticipatio* habetur ad proximè minorem annô datô in Tabula Lunæ; ut pro 1664. dies 4. anticipationis.

3. *Dies exemptilis* habetur in Tabula Solis itidem apud annum proximè minorem dato, qui pro anno 1664. eſt Exempt: 10. dierum, *Gregorianæ, Mixtæ & Mediæ* formæ. Ut enim anticipatio, ita & exemptilis pro totâ proſtat Periodo.

4. *Cyclus Solis* invenitur, ſi 1. annus minor Tabulæ Solaris à datô ſubtrahitur & 2. ex differentiâ iterum, numerus ex Tabella ſequente proximè minor ſubducitur. Reſiduum enim eſt Cyclus Solis, cyclo minoris anni addendus. Sic habetur Cyclus Solis pro dato Anno Julianus; modo 28. non excedat, quod ſi fit, 28. abjiciuntur pro reſiduo Cyclo Solis quæſito. ut pro Anno 1664.

Datus 1664. Cycl. ☉
Proxime min. 1604
differentia 60
56
4
17. in Tab. ☉
21. Cyclus ☉ quæſitus.

Tab.

| |
|---|
| 28 |
| 56 |
| 84 |
| 112 |

Vel anno dato adduntur 9. per 28. auctum dividitur: Reſiduum dat Cyclum Solis quæſitum. Quotus verò non attenditur.

5. *Litera Dominicalis* habetur Si. 1. Cyclus dati anni Julianus, additur Cyclo Exemptilis juxta annum dato minorem in Tabula Solis aſſcripto. Collectum dat Cyclum Solis tropicum (abjiciendo ſi opus eſt 28. numerum) pro formâ Calendarii datâ, cui in Tabulâ Literæ Dominicalis univerſali, ſub rubricâ O. quæſito, reſpondet litera à dextris quæſita, ut pro 1664. eſt Cyclus Solis 21. exemptilis Cyclus 20. addita faciunt 41. ex quibus 28. abjecti dant Cyclum Solis tropicum *pro Gregoriano, Mixto & Medio* Cal. 13. & literam Dominicalem. F. E. vel E. Solam poſt 25. Febr.

Vel Cyclus Solis pro dato anno inventus ſub *Cyclo exemptilis* (ut hìc pro anno 1664. XX.) quæritur & eadem litera Solis habetur. Scilicet per 21. Cyclum ſolarem fit litera Dominicalis eadem F. E. vel. E. *Cyclus verò Solis Julianus ſemper ſub rubrica O. quærendus* pro litera Dominicali, ut hic Cyclus Solis 21. dat. literam Solis C. B. vel B. (Solam poſt 25. Febr.)

Cognitis ergo cognoſcendis (ut pro anno 1664.) 1. Aureo numero 12. 2. Anticipat. 4. 3. Exemptili. 10. 4. Cyclo Solis Jul. 21. & lit. Solis. C. B. vel B. |Tropico 13.-F. E. vel. E.

Habetur Paſcha pro Veteri Calendario 10. Aprilis. Nam Aureus numerus 12. quæſitus ſub columna. 1. Dionyſ. in Tabula terminorum, dat pro termino Paſchali. 4. Aprilis, poſt quem litera Domin. B. proxima dat 10. April. pro Paſchate Juliano; Sed pro *Gregoriano, Medio & Mixto.* 13. Aprilis; Nam Aureus Numerus 12. quæſitus in columna anticipat. 4. dat Terminum 1. Aprilis, huic additæ exemptiles 10. dant 11. April. quem ſequitur Lit. Dom. Trop. E. dat. 13. d. Apr. Paſcha Tropicum ut dictum. Sic pro alio Exemplo, ſit Anno 1666.

| | |
|---|---|
| Cujus aureus numerus eſt 14. | Cyclus Exempt. 20. |
| Exemptilis 10. | Cyclus Solis Prop. 15. |
| Anticipat. 4. | Lit. Dom. Jul. G. |
| Cyclus Solis Julianus 23. | Tropica. C. |

Hinc pro Paſchate *Juliano* ſub anticipat: 1. ex Aureo num. 14. habetur 12. Aprilis terminus, quem ſequitur lit: Dom. Jul. G. in 15. April: pro Paſchate Juliano. Sic pro Paſchate Tropico eſt ſub anticip. 4. d. 9. April. Terminus, vel additis 10. Exemptilibus. 19. April. quem ſequitur Lit. Dom. C. Tropica in 25. April. pro Paſchate *Greg. Medio & Mixto.*

*NB.* Si *Chriſtianum* deſideratur Paſcha, additur Termino 9. April. Exempt. 13. in 22. April. quem ſequitur litera Dom. A. in 28. April. pro Paſchate Chriſtiano. Et pro hoc Calendario Chriſtiano peculiares Tabulæ requiruntur à nato Chriſto exortum ſuum trahentes, tam ad *Cyclum Solarem* quam *Lunarem, ut & Terminalis*; ceu habentur ſequentia fragmenta.

## *I. Tabula Solis.*

| | Anni Chriſti | cyc ☉ | Di. Ex. | cyc Ex. | Anni Chriſti | cyc ☉ | Di. Ex. | cyc Ex. | Anni Chriſti | cyc ☉ | Di. Ex. | cyc Ex |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| N. Ch. | 0 | 9 | 0 | 0 | 1024 | 25 | 8 | 16 | 2048 | 13 | 16 | 4 |
| | 128 | 25 | 1 | 16 | 1152 | 13 | 9 | 4 | 2176 | 1 | 17 | 20 |
| | 256 | 13 | 2 | 4 | 1280 | 1 | 10 | 20 | 2304 | 17 | 18 | 8 |
| | 384 | 1 | 3 | 20 | 1408 | 17 | 11 | 8 | 2434 | 5 | 19 | 24 |
| | 512 | 17 | 4 | 8 | 1556 | 5 | 12 | 24 | 2560 | 21 | 20 | 12 |
| | 640 | 5 | 5 | 24 | 1664 | 21 | 13 | 12 | 2688 | 9 | 21 | 0 |
| | 768 | 21 | 6 | 12 | 1792 | 9 | 14 | 0 | 2816 | 25 | 22 | 16 |
| | 896 | 9 | 7 | 0 | 1920 | 25 | 15 | 16 | 2944 | 13 | 23 | 4 |

## *II. Tabula Lunæ.*

| | Anni Chriſti | Au. Nu. | Antici. | Anni Chriſti | Au. Nu. | Antici. | Anni Chriſti | Au. Nu. | Antici. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| N. Ch. | 0 | 1 | 0 | 1248 | 14 | 4 | 2496 | 8 | 8 |
| | 312 | 9 | 1 | 1560 | 3 | 5 | 2008 | 16 | 9 |
| | 624 | 17 | 2 | 1872 | 11 | 6 | 3120 | 5 | 10 |
| | 936 | 6 | 3 | 2184 | 19 | 7 | 3432 | 13 | 11 |

# III. *Tabula Termin. Paſchalium.*

| Di. Mic | Lit. ⊙. | Nat. Chriſt. | Nic con | dio nys | 2 | 3 | An 4 | tici 5 | pat 6 | ☽ 7 | 8 | 9 | 10 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 24 | f. | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 |
| 25 | g. | - | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 | - |
| 26 | a. | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 | - | 12 |
| 27 | b. | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 | - | 12 | 1 |
| 28 | c. | - | 10 | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - |
| 29 | d. | 10 | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 |
| 30 | e. | - | 18 | 7 | - | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 | - |
| 31 | f. | 18 | 7 | - | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 |
| Ap | g. | 7 | - | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 |
| 2 | a. | - | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 | - |
| 3 | b. | 15 | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 |
| 4 | c. | 4 | - | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 |
| 5 | d. | - | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 | - |
| 6 | e. | 12 | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 | - | 11 |
| 7 | f. | 1 | - | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 | - | 11 | - |
| 8 | g. | - | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 |
| 9 | a. | 9 | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 |
| 10 | b. | - | 17 | 6 | - | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 | - |
| 11 | c. | 17 | 6 | - | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 |
| 12 | d. | 6 | - | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 |
| 13 | e. | - | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - |
| 14 | f. | 14 | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - | 13 |
| 15 | g. | 3 | - | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 |
| 16 | a. | - | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - |
| 17 | b. | 11 | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 |
| 18 | c. | - | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 | - |
| 19 | d. | 19 | 8 | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 |
| 20 | e. | 9 | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 |
| 21 | f. | - | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 | - |
| 22 | g. | 16 | 5 | - | 13 | 2 | - | 10 | - | 18 | 7 | - | 18 |
| | | a. 23 | b. 24 | c. 25 | d. 26 | e. 27 | f. 28 | g. 29 | A. | pr. | | | |

# Cap. X.

## *De Terminorum Paſchalium examinatione.*

Quæ alia non eſt, quam *per calculum Aſtronomicum*. Ubi enim plenilunium Paſchale ex Tabula Aſtronomicâ notum, convenit cum termino ex tabula anticipationis Lunaris invento, ibi de ejus termini veritate dubium non eſt, & contra. Calculus Aſtronomicus verò ita ſe habet.

I. Dato anno demitur unitas, ut fiat tempus completum.

II. Diſpeſcitur anni completi numerus in ſuas partes, ut 1000. 100. 10. &. ſimplices ſub invicem ponendas.

III. Præfigitur radix, prout annus datus eſt communis vel biſſextilis.

IV. Pro Singulis Anni partibus excerpuntur ex Tabulâ Aſtronomicâ, dies, horæ & minuta attinentia.

V. Adduntur dies diebus, horæ horis, & minuta minutis; ita, ut ſi minuta excedunt 60. una hora adjiciatur, horis: ſi horæ accreſcant in 24. dies unus addatur diebus: & denique, ſi dies excedant Menſem 29. dierum, illi à proximè majori menſium periodo ſubtrahantur, ſic erit in reſiduo dies Aprilis; qui ſi ultra 19. dies & 13. horas excurrat, addantur dies 1. 11. horæ, 16. minuta, pro die Martii, ubi plenilunium Paſchale quæſitum habebitur, *pro Juliano* Calendario. Si verò *pro Tropico* quodam, ſive ſit Gregorianum, Medium, Mixtum vel Chriſtianum, Paſchalis Terminus deſideretur: *Adduntur Juliano* termino ſive plenilunio (idem enim ſunt ut ſuprà audivimus ex Victorino.) *Exemptiles ejus Calendarii* & ſic habetur terminus vel plenilunium tropicum illius Calendarii, Cujus ſunt Exemptiles: Ut ſit Annus 1664. bis-ſextilis; 1. Unitate detractâ fit annus 1663. qui 2. reſolvitur in 1000. 600. 60. & 3. & præfixâ radice bis-ſextili colliguntur tempora motus ut ſequitur.

| Radix pro A. 1664 Biſſextil. | *d.* | *h.* | *i.* | |
|---|---|---|---|---|
| | 18 | 15 | 10 | |
| 1000 | 15 | 15 | 13 | |
| 600 | 3 | 11 | 23 | |
| 60 | 3 | 7 | 13 | |
| 3 | 2 | 3 | 50 | |
| | 43 | 57 | 49 | |
| | | 48 | | |
| Subtr. | 43 | 9 | 49 | |
| à prox. maj. perio. | 44 | 7 | 6 | |
| Plenil. *Jul.* Apr. | 0 | 21 | 17 | |
| add. exempt. | 10 | | | |
| Plenilun. *Trop.* | 10 | 21 | 17 | *Greg. med.* |
| Cal. | 13 | | | *& mixt.* |
| Plenil. Tropic. | 13 | 21 | 17 | Cal. Chriſt. |

Item: ſit annus 1666. communis.

| Radix pro A. 1666 comm. | *d.* | *h.* | *i.* | |
|---|---|---|---|---|
| | 17 | 15 | 10 | |
| 1000 | 15 | 15 | 13 | |
| 600 | 3 | 11 | 23 | |
| 60 | 3 | 7 | 13 | |
| 5 | 24 | 15 | 13 | |
| | 64 | 64 | 12 | |
| | | 48 | | |
| Subtr. | 64 | 16 | 12 | |
| à prox. maj. perio. | 73 | 19 | 50 | |
| Plenil. *Jul.* Apr. | 9 | 3 | 38 | |
| add. exempt. | 10 | | | |
| Plenil. *Trop.* April. | 19 | 3 | 38 | *Greg. med.* |
| vel | 13 | | | *& mixt.* |
| April. | 22 | 3 | 38 | Cal. Chriſt. |

Atque ſic cum concordet Calculus Aſtronomicus cum terminis Tabulæ Lunaris; de iis non ambigendum eſt, pro utroque anno dato. Ubi tamen notetur *Regula* pro terminis Tabulæ ſive *Cycli Lunaris ad plenilunia* rectius conformandis, una atque altera.

I. Si annus datus *communis, & aureus numerus Cycli infra* undecim eſt, tunc Terminus Tabulæ *unitate augendus* eſt. In *biſſextilibus* verò *per ſe* retinendus.

II. Si

II. Si annus datus *Biſſextilis & aureus numerus ſupra* 11. eſt tunc terminus Tabulæ *unitate minuitur; in Communibus idem* manet.

III. Si verò *aureus numerus eſt* 11. Sedes termini non mutatur, ſive *communis* ſive *Biſſextilis* annus fuerit.

Sic pro anno 1664. Biſſextili, aureus numerus 12. dat per ſe 1. Aprilis, *ſed obBiſſextilitatem, unitate minuendus* eſt in 31. Martii, quia 12. eſt Supra II. Quemadmodum Calculus April. O Dies hora 21. 17. minut: idem eſt cum Martii die 31. 21. 17.

Ita Anno 1666. *communi, Aureus numerus* 14. *ſupra* 11. dat 9. April. *per ſe* uti Calculus. 9. 3. 38. comprobat.

Poterant & aliæ adhuc viæ pro terminis indagandis addi, præſertim ex *Cyclo interballorum perpetuo*, nec non ex *columna Niceni concilii* in Tab: Anticipationis, vel Terminorum. Sed hæc jam ſufficiant & tempori alii, præſertim conciliato (quod Deus ter O M. faxit) reliqua reſerventur.

# *ADDITAMENTUM.*

Dum hæc ſub prælo eſſent, in mentem oportunè venit, Tabula artificioſa (quam *æquatoriam* appellare liceat) ad inveniendum *Paſcha Tropicum*, abſq; ullo Calculo, pro Calendario illo *Medio*, bono cum Deo, uti ſperamus, propediem in mundum Chriſtianum, introducendo. Ubi unâ operâ *præceſſio Æquinoctiorum & Anticipatio Lunæ*, ad terminum Paſchalem Tropicum, ſaltem per Aureum Num: ſine omni errore & labore, ita in infinitum *Coæquari* poſſunt, ut Litera Dominica, terminum illum ſequens, ſtatim Paſcha Tropicum monſtrare valeat; modo terminus ille non in ipſam literam Dom. nec proximè præcedentem coincidat. Tunc enim pro cavendo Paſchate judaico, aut quarta decimano, ad literam Dom: octidii Paſcha differendum eſſet. Saltem ergò innoteſcat anni dati 1. *Litera Dom: Tropica* 2. *Aureus Num:* & 3. ille aureus num: quæratur in eâ Tabulæ Columnâ, quæ annum dato proximè *minorem* in fronte gerit; Sic ſtatim à latere ſiniſtro habetur terminus Paſchalis Tropicus quæſitus pro Calendario Medio non raro etiam pro Gregoriano & Mixto. *detractâ tamen unitate in biſſextili*

Ut ſit annus 1665. cujus Litera Dom: Tropica D. Aureus Num. v. 13. hic ſub Columnâ (in: 1582. minor dato inſcriptus eſt) quæſitus dat terminum paſchalem Tropicum: d. 31. Martii quem ſequitur Litera dom: D. in 5. d. aprilis pro Paſchate quæſito, Cal: Medii ut & Gregoriani atq; Mixti.

Vel ſit annus 1673. cujus Lit. Dom: Tropica A. & aur: num. 2. qui in eadem Columnâ (1682.) inventus, dat. 1. d. Aprilis terminum: quem proximè ſequitur Lit. Dom. A. in 2. d. Aprilis Ergo noſtrum paſcha, ad evitandum Paſcha Judaicum, differendum eſt, in 9. d. Aprilis & non cum Gregorianis Judaizandum, in 2. Aprilis.

Sequitur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527527-p0025-3

| D. | Li. | A | nti | cip- | 4 | 4 | 4 | 5 | 5 | 5 | 6 | 6 | 6 | 7 | 7 | 7 | 8 | 8 | 8 | 8 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| term | dom | NCh | NCō | Dion | 1604 | 1732 | 1808 | 1860 | 1988 | 2116 | 2120 | 2244 | 2372 | 2432 | 2500 | 2628 | 2744 | 2756 | 2884 | 3012 |
| M. | | Ex | em | pt | 10 | 11 | - | 12 | 13 | 14 | - | 15 | 16 | - | 17 | 18 | - | 19 | 20 | 21 |
| 21 | c | 8 | - | 16 | - | 14 | - | 14 | 6 | - | 6 | - | 17 | - | 17 | 9 | 17 | 9 | - | 1 |
| 22 | d | - | 16 | 5 | 3 | - | 3 | - | 14 | 6 | 14 | 6 | - | 6 | - | 17 | - | 17 | 9 | - |
| 23 | e | 16 | 5 | - | 11 | 3 | 11 | 3 | - | 14 | - | 14 | 6 | 14 | 6 | - | 6 | - | 17 | 9 |
| 24 | f | 5 | - | 13 | - | 11 | - | 11 | 3 | - | 3 | - | 14 | - | 14 | 6 | 14 | 6 | - | 17 |
| 25 | g | - | 13 | 2 | 19 | - | 19 | - | 11 | 3 | 11 | 3 | - | 3 | - | 14 | - | 14 | 6 | - |
| 26 | a | 13 | 2 | - | - | 19 | - | 9 | - | 11 | - | 11 | 3 | 11 | 3 | - | 3 | - | 14 | 6 |
| 27 | b | 2 | - | 10 | 8 | - | 8 | - | 19 | - | 19 | - | 11 | - | 11 | 3 | 11 | 3 | - | 14 |
| 28 | c | - | 10 | - | 16 | 8 | 16 | 8 | - | 19 | - | 19 | - | 19 | - | 11 | - | 11 | 3 | - |
| 29 | d | 10 | - | 18 | - | 16 | - | 16 | 8 | - | 8 | - | 19 | - | 19 | - | 19 | - | 11 | 3 |
| 30 | e | - | 18 | 7 | 5 | - | 5 | - | 16 | 8 | 16 | 8 | - | 8 | - | 19 | - | 19 | - | 11 |
| 31 | f | 18 | 7 | - | 13 | 5 | 13 | 5 | - | 16 | - | 16 | 8 | 16 | 8 | - | 8 | - | 19 | - |
| A. | g | 7 | - | 15 | - | 13 | - | 13 | 5 | - | 5 | - | 16 | - | 16 | 8 | 16 | 8 | - | 19 |
| 2 | a | - | 15 | 4 | 2 | - | 2 | - | 13 | 5 | 13 | 5 | 1 | 5 | - | 16 | - | 16 | 8 | - |
| 3 | b | 15 | 4 | - | - | 2 | - | 2 | - | 13 | - | 13 | 5 | 13 | 5 | - | 5 | - | 16 | 8 |
| 4 | c | 4 | - | 12 | 10 | - | 10 | - | 2 | - | 2 | - | 13 | - | 13 | 5 | 13 | 5 | - | 16 |
| 5 | d | - | 12 | 1 | 18 | 10 | 18 | 10 | - | 2 | - | 2 | - | 2 | - | 13 | - | 13 | 5 | - |
| 6 | e | 12 | 1 | - | - | 18 | - | 18 | 10 | - | 10 | - | 2 | - | 2 | - | 2 | - | 13 | 5 |
| 7 | f | 1 | - | 9 | 7 | - | 7 | - | 18 | 10 | 18 | 10 | - | 10 | - | 2 | - | 2 | - | 13 |
| 8 | g | - | 9 | - | 15 | 7 | 15 | 7 | - | 18 | - | 18 | 10 | 18 | 10 | - | 10 | - | 2 | - |
| 9 | a | 9 | - | 17 | - | 15 | - | 15 | 7 | - | 7 | - | 18 | - | 18 | 10 | 18 | 10 | - | 2 |
| 10 | b | - | 17 | 6 | 4 | - | 4 | - | 15 | 7 | 15 | 7 | - | 7 | - | 18 | - | 18 | 10 | - |
| 11 | c | 17 | 6 | - | 12 | 4 | 12 | 4 | - | 15 | - | 15 | 7 | 15 | 7 | - | 7 | - | 18 | 10 |
| 12 | d | 6 | - | 14 | - | 2 | - | 12 | 4 | - | 4 | - | 15 | - | 15 | 7 | 15 | 7 | - | 18 |
| 13 | e | - | 14 | 3 | 1 | - | 1 | - | 12 | 4 | 12 | 4 | - | 4 | - | 15 | - | 15 | 7 | - |
| 14 | f | 14 | 3 | - | - | 1 | - | 1 | - | 12 | - | 12 | 4 | 12 | 4 | - | 4 | - | 15 | 7 |
| 15 | g | 3 | - | 11 | 9 | - | 9 | - | 1 | - | 1 | - | 12 | - | 12 | 4 | 12 | 4 | - | 15 |
| 16 | a | - | 11 | - | 17 | 9 | 17 | 9 | - | 1 | - | 1 | - | 1 | - | 12 | - | 12 | 4 | - |
| 17 | b | 11 | - | 19 | - | 17 | - | 17 | 9 | - | 9 | - | 1 | - | 1 | - | 1 | - | 12 | 4 |
| 18 | c | - | 19 | 8 | 6 | - | 6 | - | 17 | 9 | 17 | 9 | - | 9 | - | 1 | - | 1 | 1 | 12 |
| 19 | d | 19 | 8 | - | 14 | 6 | 14 | 6 | - | 17 | - | 17 | 9 | 17 | 9 | - | 9 | - | - | - |
| | | e. 20 | f. 21 | g. 22 | a 23 | b. 24 | c. 25 | d. 26 | | A- | pri | lis. | Pa | ſcha | | Tr | opi- | cū. | | |

*NB. Tabulæ huic non minus quam ipſi Calculo Aſtronomico fidendum eſt.*

## CONCLUSIO.

ATque ſic in nomine Domini, ut incepit, ita finiat, hic Tractatulus, *de erroribus tam novi quam veteris Calendarii, eorumq́ Remediis.* ſcilicet

Pro VtrIVsq; CaLenDarII reforMatIone

SeV MeLIorIs IntroDVCtIone.

Candidus & Concordiæ amans Lector, dexteritati meæ non ſuccenſeat! & ne in vanum abeat, ſed voto & commodo Chriſtianitatis totius tandem hoc quicquid ſit ut reſpondeat, mecum inſtanter oret & pro poſſe collaboret! Cæterum Deo commendatus, optimè valeat, faveat!

D I X I.

GLorIa Magna Deo, & paX ChrIſtIanIs!

Ni 171

ULB Halle 3
004 090 012

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527527-p0027-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527527-p0028-9

32.

# TRATIO
& ſuccincta
# RUM
um quàm Vetus
# DARIUM
aborat.
non
# IORUM
leſcere, adeoq; & in unum
cilimè poſſit.
*ndam*

*Extreme Cupidum*
*um in lucem edita,*
*o vulgata.*

BONÆ,
rgii Hofmanni, 1698.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527527-p0029-9